

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput IV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

tu excernitur. Robut illis tantum, ut equorum in cursu distimpant latera. Mirus & is erat, qui inter Regis assyriorum ad Ferdinandum Neapolitanum dona. Miraculoſo enim pilo, virgato corpore, diversis coloribus, & paribus lineis. *Pontan. de Magnificent.*

CAPUT III.

DE APRO & ARCHOPITECO.

IN Creta nulli *Apri*; in quadam novi orbis parte nostris minores. Caudae illis tam breves, ut abscissas Hispani putarent, solipedes etiam anterius, posterius bisulci. In quibusdam Scandinavia locis, duodecim sunt pedum longitudine. *Regulus Salvimontis* ingentem habebat, quem cum hero & canibus, ad cornuum concentus venatum exivisse tradit *Scaliger*. *Archopitecus* animal est in America, corpore, supra modum deformi, Hauit vocant incola. Magnitudo illi *Cercopitheci*, venter ad terram demissus, caput & facies infantis, ejusdem captus imitatur suspria. Terni pedibus hærent unguis, quatuor longi digitis, magnis Cyprinotum spinis similes, his per artores repit. Cauda tres digitos longa est. Vivi hominis carnem nunquam degustasse vixum, solis foliis, quæ *Amahut* vernacula vocant, vivere existimant. Hominem deamat mansuetus, humeros subinde ascendens Subdio retentam, nunquam madefactum relavit *Thevetus*.

CAPUT IV.

DE BOVE.

IN extrema quadam Asiae provincia, inter extremos Indiarum montes & Cathajum, albi nigritque nascuntur *Boves*, equina cauda, sed pilosiore & ad pedes usque protensa. Pili ejus subtilissimi plumas refertunt, &

N. 5

pol.

poscunt precium, Venet. In Hispaniolam adducti, tam opere crescent, ut Elephantibus hyperbolice æquentur. Petr. Martyr in Decad. In his otis, in quibus hæc scribimus, pondus sedecies centum libratum excedere interdum testatur Guicciardinus. 2970. libracum unum Leyda vidimus. Ptolemaeus vero 11 unius habuit cornu, quod tres capiebat amphoras. Gravidæ, in dextro ut fertur, semper gerunt sino, gemellos etiam si conceperint. At qui ex Charadro fluvio, non procul à Patrenium Vrbe bibunt, mares ut plurimum parvunt; fieri idem, si tempore coitus, vinculo sistrum excepere testem, vel spirante Boreâ præparatis congressus. Pausan. in Achaicis. Nam si dextrum, vel Austro, foemina dabunt. Vaccæ per æstatem secundiores, pluviosæ hyemis sunt indices. Nec enim potest secundum animal genitali scatere humore, nisi cœlesti commoveatur influxu. Albert. Nimis interdum ferociunt. Anno quippe 1551 in Rhetia inter Duriam & Velcuriam, ex duobus in pratum eductæ pagis, tantum inivere certamen, ut non nisi viginti quatuor sopiri potuerit cæde. Gesner. de Quadrup. Inflantur interdum plenitudine: ad cuius curationem incantatione utuntur, in nomine Parris, Filii, Spiritus Sancti vesicam nominantes Narratur de Pythagora eum bovem prope Tarentum aliquot infusuratis verbis, ita reddidisse mansuetum, ut & fabacea affluerit segete, & de rurestri colono urbanus ambulator factus, Tarenti consenserit placide, de manibus hominum viicitans. Caius. Firmi bubuli suffitus libera à muscis & araneis servat alvearia: sanguis vero vaccinus, vulneri infusus, sistit sanguinem; sterlus etiam aridum usum tribus cochlearibus potum, hydroponicos juyat.

CARVIT